

Qvod felix faustumq; Siet
DISCURSUS

LVI.

THEORETICOPRA-
CTICUS

Ad.

*§ Non autem omnes. Inst. de perpet. & temporal. Action
Continens*

NATURAM ET PROPRIETATEM
Actionum Pennalium.

Quem

PRÆSIDE.

Viro Undeqvq; Clarissimo

Dn. ERASINO Siechtbuser / P. P.

& Illustrum & Generosorum DOMINORUM FEVDI,

& Juniorum Dominorum in Veix & Kapschnabel

Consiliario Gravissimo

*In Auditorio Quasimodogenitorum discutien-
dum proponit*


THEOPOMPUS INNOCENTIUS Spuelwurm
Hereditarius in Statu.



Fuchstehudæ

Excudebat

Tarquinus Superbus, Impensis Petri
Tenacis.



Anno M, DC, XXVII,

X 1863242



Præpotenti, Celeberrimo & Maxime
Conspicuo
**MANIPULO ORDINI ET COLLEGIO CON-
FOEDERATORUM PENNALIUM.**

*Dominis & Patronis suis ea gra-
par est observantia
Colendis*

**Hæc ex ipsis fontibus Juris Divini, Cæsarei,
Pontificii, Fevdalis, Saxonici, Longabardici
& Statutarii de promptas theses
eiv suas primi-
tias**

*offert & dedicat
A.*

Que



Acad
mate
sim, n
ea qv
pricu
Con
qvi p
hanc

adpo
potes
H in
stis o
domi
Der
nem
in l.
n. 3
Geil
Cag
Con
c. sup
de a
Aut
muli
totu
est qv
hem
versa
eanti
Non



Quæ quotidiana sunt, & in vita Communi Usum habent frequentem, plenius attingenda & tractanda monet Ictus Paulus in l. legavi. 25. ff. de liberat. legat. ideoq; ad eorum Cognitionem præ aliis animam applicare debemus. Sæcid. ad pr. Inst. de action. sed quia jam nihil frequentius in Academiis bene cõstitutis quàm Pennalisimus nunc paucis & mira verborum parsimonia pro materia nobilitate de eo tractare est animus, non ut aliquid novi in mediũ proferre avsim, nullũ enim est jã dictum quod non dictũ sit prius. Terent. in Prolog. Eunuch. sed ut ea quæ hæctenus aliquantum injuria tẽporis & potentiorũ silentio fuere involuta in apricũ, producã animo meo volvens id, quod Imp. in Const. Deo Autore. § 6. in fin. de Conc. Digest. inculcat, laudabiliorem scilicet esse eum, qui subtiliter factũ emendat, eo qui primus Invenit. Quod dum facio: Vos O Studiosi favoris vestri avra benignissime hanc meam tractationem subleveis rogo.

Pro declaratione autem thesium nostrarum, paucula quedam præliminii loco adponere libet, & Primo quidem de origine hujus juris: ubi nihil certi adfirmari potest. Probabile tamẽ est hoc jus longo usu & Cõsuetudine quæ vim legis obtinet l. 32. de. II. inductum esse. Nã Jena ultra viginti annos uiguit prout hoc nuncupatum asserit testis omni exceptione major vir Conspicuus & longa rerum experientia & astutiarũ abdomine copiosissimus Dn. Laurentius Beyer Oeconomus Convictorii Jenensis (alias Der Koch in der Communitet) et decem saltem anni ad Introducendam Cõsuetudinem de jure civili requiruntur. Abb. in c. fin. n. 11. de Cõsuet. & ibi Imol. n. 15. Br. in l. de quibus. n. 14. de ll. & ibi Alberic. n. 8. Castrens n. 14. Quid, Pap. cons. 164. n. 3. Rebuff. de Cõsuet. art. 2. gl. 3. n. 17. Kirchov. comm. opin. cent. 2. concl. 13. Geil. 2. obs. 13. n. 3. Myns. 6. obs. 41. n. 9. & huic sententiæ omnes astipulari testatur Cagnol. in d. l. de quibus n. 6. Cum itaq; de ejus initio non constat, Vim habet Constitutionis Imperatoris lex. hoc jure § ductus aquæ. de aq. quotid. & æstiv. c. super quibusdam de V. S. Abb. in c. cum nobis col. 2. de præscr. l. 1. §. deniq; de aq. pluv. arc. dat jurisdictionem. gl. in §. Jusjurandum. v. Jurisdictionem in Auth. de defens. civit. fidem scriptoribus text. est. in. l. sunt quedam §. numularios de edend. ideoq; secundam eam vivendum in Ecclesia. c. illa. 12. dist. 1. an in totum C. de edend. c. 3. de eo qui mitt. in poss. Abb. in rubr. de Constit. Hinc est quod Cõsuetudini transgressor sicut legis punitur c. in his 11. dist. Jas. in Auth. Judemus C. de Judic. Dd. in §. ex non scripto Inst. de jur. nat. Jene. Imo etiamsi adversarii eam malam esse clamitent tamen est servanda. gl. in c. deniq; 4. dist. in tantum ut quem a poena excuset. gl. in c. cum venerabilis ubi Abb. X. de cõsuet. Non enim est in culpa, qui facit id quod fieri cõsuetum est Br. in l. C. pignore per illum

illum text. ff. de pignor. act. Anchoran. in c. cum venerabilis X. de Consuet. ubi allegat præjudicium Hippol in pract Crim § Quoniam n 97. cū seq & est textus in l pignus C. de pignor. act. ubi gl. not. Et etiam si non semper rationabilis, si usu recepta tamen valet. Bl. in c. un. n 4. de feud. cognit. text. in c. un § filii si de fend. defunct. contr. int. dom. & agnat. Borch. de feud. c. 7. p 2 n. 64. Cothman. i. conf. 48. n 19. Hinc ait Imperator in Nov. 7. c. 1. tanta documenta tempore longo facta nunc commovere erit multæ tergiversationis.

Definimus in hac nostra materia Actionem jus Vexandi in Univerſitate, secundum quocunq; Studioſis debetur.

In hac definitione singula verba habent sua mysteria. Accurs. pr. inst. de act. pe vocabulum Juris Intelligimus, ein *Berechtigtkeit* (deficit enim latinum vocabulum) & est res incorporalis, sicut obligatio & servitus, licet ejus exercitium in facto consistat, Jas. & Dd. ad §. 1 inst. de action. non vero facultatem quia sepe fieri potest, ut quis habeat actionem non tamen habeat facultatem vexandi. Exempli gratia. Si Studioſus Unus sit in cœtu & grege multorum Pennalium, habet quidem actionem hoc est jus, non tamen facultatem vexandi, quia obicitur exceptio loci non tuti. Vexare autem est modis omnibus, modice tamen, nam hoc tempore nullis hominibus qui sub Univerſitate sunt licet sine causa legibus cognitæ ita in Pennales supra modum sævire ex rescripto D. Antonini §. 2 Inst. de his qui sūt sui vel alien. jur. l. 1. §. 1. de Off. Præs. Urb. l. 1. C. de his qui ad stat. conf. Cujus rescripti hæc sunt verba. Studioſorum quidem Potestatem in Pennales illibatam esse oportet, nec cuiquam Studioſorum jus suum detrabi: Sed Studioſorum interest ne auxilium Contra sævitiam, vel famem vel Intolerabilem injuriam denegetur iis qui juste deprecantur l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alien Jur. exagitare quia Pennalibus nulla injuria fieri dicitur §. 3. Inst. de injur. l. 15. §. 34. ff. deod. l. 7. ad L. Cornel. de fals. Hinc rescripto causã dedit immoderata sævitiã Studioſorum in Pennales, quæ fecit ut quidam se præcipites darent mortem sub euntes. expedit enim Reip. ne Studioſi potestate in Pennales abutantur. d. §. 2.

Additur in Univerſitate vel Academia. Non enim in omnibus locis vexare & actionibus experiri licet. Itaq; qui putat habere petitiones, in Univerſitate procedere debet. l. extat ff. quod met. causa l. pen ff. ad L. Jul. de vi priv gl. in l. nullus C. de Judæ & Coelic. Hinc graves Constitutæ sunt poenæ in eos. qui propria auctoritate vi quadam ablativa vel expulsiva extra Univerſitatem Pennalibus insultant. l. si quis in tantam C. und. vi §. 1 Inst. vi bon. rapt. c. redintegrandæ. 3. q. 1. c. si quis in tantam. i. q. 4. tot. tit. X. de restit. spoliat. Non enim ubiq; Concedendum est quod in Univerſitate fieri debet l. non est, singulis de R. J. ut evitetur major tumultus. arg. l.

10. ad

ad L. Corn. de sicar. c. discordantes. dist. 90. l. æquissimum de usufr. Nov. §. primo cum hoc jus vexandi habeat jurisdictionem fundatam in Universitate extra eam exerceri non debet, per ea quæ habentur in l. fin. de jurisd. C. ult. de Constit. in 6. c. a nobis de sent. excomun. c. novit de offic. deleg. Fallit tamen hoc ubi forte Penales in alieno loco conventionem quædam jura in se competentia exerceri patiuntur: quia hoc casu Sponte sese subicere alienæ Jurisdictioni l. 1 & 2 ff. de Judic. l. 1. C. de jurisd. l. 14 ff. eod. l. 4. de arbit. l. 13 §. 4. ad Sen. Trebell. l. 28. ad munic. arg. l. pen. in fin. C. de pignor. act. l. 3 ubi Br. C. de pignor.

Deinde si copia ejus propter fugam in Universitate haberi nequeat l. 1. & 2. C. quædam. lic. unie. fin. jud. arg. l. 45 C. de decur. lib. 10. l. 10. §. 16. ubi Br. ff. quæ in fraud. cred. Melius enim est in tempore occurrere, quam post exitum vindicare. l. fin. C. in quibus causis rest. in integr. non est nec.

Denique si forte in transitu. §. 2. Inst. de libertin. Studiosi puerulum vexent Penales alibi, quia modicam non curat Præter. l. 4. ff. de in integr. rest.

Subjicitur. Secundum quocumque. Perspicuum autem est hic Studiosis, ne quid aut durius aut remissius constituatur, quam causa deposcit, nec enim aut severitatis aut clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso judicio, prout quæque res expostulat statuendum est. Plane in levioribus Causis proniores ad lenitatem Studiosi esse debent. In gravioribus severitatem cum aliquo temperamento consequi. l. 11. ff. de pœn. licet vero inter Penales quoad statutum nulla sit differentia §. fin. Inst. de jur. pers. & ibi Dd. tamen quoad exhibitionem officiorum quædam admitti debet. Sunt enim quidam erga Studiosos majori liberalitate alii prompti, ubi merito ratio & respectus vexationis haberi debet. arg. l. 21. de statulib. l. 5. ff. de re milit. cum potius tales per ignorantiam quam dolum (quælibet enim vel fatua causa excusat à dolo l. 12. §. 3. de liberal. cau.) deliquisse credantur Penales; quippe juris Studiosorum sunt incapaces & ignari l. 32. l. 209. de R. J. c. 42 d. R. J. in 6. Quare cum talibus mitius agendum ne liberalitate sua inopes fieri periclitentur l. 50. de re judic. nec ultra id quæ facere possunt Conveniendi l. 18. §. 1. ff. eod. Cum reliquis vero qui non ita obviare liberalitate Studiosis volunt acris agendum: Quia Contumacia cumulat pœnam. l. 4. ff. de pœn. Nec mirum! duabus enim rebus Respublicas florere certum est: præmiis sc. & pœnis Cic. de LL. in qui ad meliorem frugem tendunt adficiendi e. 1. §. 1. de just. & jur. tot. tit. de var. & extraord. Cognit. l. 6. in fin. C. de Profess. & Med. c. omnis. dist. 3. l. ult. C. de stat. & imag. his qui nunci homines manent puniendi. tot. tit. de pœn. ne delicta maneant Impunita l. 18. §. 1. de jud. l. 51. in fin. ad L. Aquil. l. 70. de fideiuss.

40
l. 20. de pen. l. 6. de defen. Civit. Praesertim cum studiosi in somnes ducant noctes, ut
Pennales ad frugem reducantur quietem habeant. N. 8. in prafat. Et ejusmodi Pen-
nales ad ultimum quadrantem excutiendi sunt. l. 4. ubi Azon. n. 5. C. de Cels. bo. a.
Nec quicquam nos juvabit praesens liberalitatis, quia tales, cum necessitas, quae est
durum telum & omni arte efficacior, Q. curt. lib. 4. de reb. gest. Alexand. Magn.
eo redigat, non dici possunt liberales l. 50. de jur. dot. l. 84. de hered. Inst. l. 7. §. pen.
de aq. cott. & æst. l. 18. in fin. de adim. & transf. legat. l. 29. de dona. Schneid. ad
§. actiones. n. 31. Inst. de action. Quod vero dicitur Pennales omnes esse tenaces
Vid. Avt. thes. Pennal Et das Brandfurrtsche Pennallied / id verum quidem est, cui
regula & praesumptioni tandem statuer donec Contrarium probetur l. fin. pr. quod
met. casus l. 57. de jur. dot. ubi Dd. Menoch. 2. praes. 8. Sic hard. ad. l. 16. n. 8.
C. de probat. l. 1. & ibi. Dd. de R. J.

Sæpe vicem tamen (ut canit Palingen in Zodiac.
in Ariete ipsa gerit natura magistri
Inque utero ingenium multis largitur: ut illi
Quod schola non docuit cœlesti munere discant.

Nec Studiosi ministerio egeat, quod natura facit l. 10. §. 11. testam. quem aper.
Quod si quibusdam in Accademis sic receptus ludus Regius vulgo Königspiel / recusare
Pennales non poterunt dignitatem regiam. Quia talis dignitas est munus publicum,
ad quae subeunda & inviti coguntur pr. inst. de excus. tut. l. 2. D. de tut. l. 9. de
vac. & excus. mun. captis pignoribus §. pen. inst. de satisd. tut. gl. in l. 1. pr. ff. de
adm. tut. Nec excusabuntur oblatione pecunia quae se redimere volunt. l. 17. de mun.
nerib. ne diutius Regum usu careant Studiosi l. 2. ubi Joh. de Plat. C. de. de cur. l. 10.
Et in rubr. de excus. mun. l. 10.

Denique habetur A STUTIOSIS DEBETUR: Ubi nota Studiosos esse com-
petentes personas, quibus Justitia distributiva hac in parte munus suum delegavit.
Authen: Habita C. ne fil. pro pat: Imò ejusmodi jus vexandi inter regalia Studiosorum
refertur, nulliq; conceditur, nisi qui vel est studiosus, (nam hoc regale jus se ve-
xandi Pennales habere, & esse studiosum sunt termini convertibiles) vel speciale à
Principe privilegium habet, Pollicen Ordnung / Anno 1646. tit: von Pennalen / Item
An. 1548. Eod. tit. Et An. 1577. tit. 10. §. demnach hisce verbis, So seken ordren vnn
wollen Wir anfänglich / daß forcht niemand Pennale zu rummeln oder zu vexi-
ren gestattet werden soll / den den jenigem so von uns und dem H. Römischen Reich
solche Regalia haben / oder in sonderheit deshalb Privilegiert sein. Sixt. de re-
gal.

gal. l. 1. e. 5. Schonbron. §. polit. 26. Decian: pr: Crimin: l. 1. c. 11. Rol. à Vall: 3. cens: 25. per. tot. Ex quibus colligitur: etiamsi alius non Studiosus tale quid tentaverit, im-
 pune ei resisti: quia factum quod ad alicujus officium non pertinet ratum non est. C. Ea
 quæ sunt. 26. de R. J. in 6. Nec debent Studiosi excaadescere, vel fletibus mo-
 veri Pennalium l. 19. de off. presid. Sed potius faciles se præbere in aduendo d. l. 19.
 Immo interdum tenacitate gliscute officium suum impertiri non peritum l. 9. §. 5. de
 offi. c. Procons: Gothof: ad l. 4. §. 8 de Dam. infect. Minus obstabit suspicio vel
 inimicitia C. secundo requiris X. de Adpellat: Quia Studiosi non possunt recusari,
 sed ad sociantur eis adjuncti. Auth: si vero contigerit & ibi gl. & Dd. in l. apertis-
 simi C. de judic. quæ etiam est vera & communis Dd. sententia, secundum Schnei-
 devv. ad §. omnium. Inst. de Act. n. 26. licet aliud sit de jure canonico C. cum. speci-
 ali 41. junct gl. in verb. cum iudice X. de Apell. testatur tamen Jason in d. l. aper-
 tissimi post Br. in l. 4. ad Scutum Trebellian. In terris Imperii servari jus civile, in ter-
 ris vero Ecclesie jus Canonicum: ut not: in c. clerici 8. X. de Judic. & in c. 1. X. de
 N. O. N. Sed quia Studiosorum interest Pennales diminui l. 21. de reb. cred. l. 1. de usu-
 cap: Ideoq; statuere debent Pennalibus dies ad recognoscendum & absolvendum l. 8. pr.
 qui satisd. cogunt. vel ad videndum se declarari. Geil. de P. P. In quibus unus Studio-
 sus sine aliis procedere non potest C. sciscitatus X. de rescript. l. 29. de re judicat:
 quod enim omnes tangit, ab omnibus debet adprobari. C. quod omnes. 29. de R. J. in
 6 Et imperium suum debent referre ad utilitatem Studiosorum l. 9. de off. Præsid. N.
 60. c. 2. Quod si neglexerint puniri debent. l. 40 §. 1. de judic.

Sunt autem actiones vel perpetuæ vel temporales, pr. Inst. h. t. Perpetuæ
 sunt, quæ anno non finiuntur, sed & post annum in quasdam personas dantur. Quales
 sunt stulti, fatui, Prodigii, & ii qui rebus suis superesse non possunt §. 4. Inst. de Curat.
 Item quos fati infelicitas perpetuo Pennales constituit, propter flexibilem & accepta-
 bilem modum tractandi more Pennalium

Quos bipedes alinos ipsi mille artibus atq;
 Infidiis capiunt actuti: plurima eisdem
 Persvadere solent injusta & falsa, sumq;
 Eloquio quocunq; volunt, ducuntq; trahuntq;

Palingen. in sagitar: seu ut J. ti loquuntur, qui morbo Pennalium Sontico seu perpetuo
 laborant l. 113. de V. S. l. 4. §. c. de ædil. edict. l. 60. de re jud. §. 4. inst. de Curat. l. 2.
 §. 3. si quis cav. l. 6. l. ult. §. 1. de ædil. edict. Gell. 20 noct. Attic Quo referendi PEN-
 NALES MORUM Nam notandum quosdam esse Pennales Tempore quosdam Pennales
 morum. Temporales sunt, qui anno terminantur, eoq; expirant. De his in presentiarum
 paucis agemus.

Non autem omnes actiones (Cum nihil excipiat qui omne dicit l. 96. §. 1.
 de leg. 3. recte addit hic imperator limitationem & exceptionem, quæ firmat regulam
 h. 12. §. 43. de inst. vel inst. legat. l. 4. §. 6. de pen. leg. l. 63. §. 1. de cond. & Domo.

ut
en-
ca.
est
ga-
co.
ad
ces
cui
vod
n. 8.
per.
usare
cum,
de
ff. de
qua,
l. 19.
com-
avis.
orum
sc. ve-
iale à
Item
vnde
a vept
Reich
de re-
gal.

Quæ exceptione Concluditur regulariter omnes actiones perpetuas esse, nisi quædam specialiter excipiantur. Harum vero actionum vitam tam brevi includi & coartari spatio summa fuit æquitas. Satis enim inhumanum visum esset multos quem subiecti annos tantæ vexationi, quem facile ea sevitia absterrere & ad desperationem deducere posset.

Nam

————— tolerare laborem
Propter virtutem quis vult? si præmia desint,

Præmia quis querit nisi quem dira urget egestas?

Palingen. in Arist. Cum satis sit per annū ita exagitari, ne afflicto addatur afflictio
l. Div9. de of. Præs. Constat quippe annus trecentis sexaginta quinq; cōtinuis diebus
Jure Civil. l. 4. §. 5. de statutib. l. 3. §. 3. de minor. l. 51. §. 2. ad L. Aqvi l. tum perpen-
datur, quanto gaudio dies unus præteritus à Pennalibus atro signetur lapillo:

Wie sind die armen Teuffel so froh/ wann ein Tag einmahl von ih-
rem Jahr voruber gangen.

imo certus annorum numerus libertis Præscriptus est, intra quos operas præstant,
quibus elapsis anno nempe quinquagesimo Immunitas datur. l. 35. de oper. libert.
quidni tempus talibus miserabilibus personis coartandum erit, cum odia restringenda
favores ampliandi c. odia. de R. J. in 6 sed de hoc anno inferius.

Quæia aliquem aut ipso jure Competunt, aut à Præatore dantur X Actiones
autem in aliquem ipso jure Competere est dari ad versus quendam actiones pro man an-
tes non e ministerio homines, sed ipsius legis: quæ vulgo native appellantur & lege l. 2. §.
6. de orig. jur. h. e. nascuntur simul cū ipso facto impertiente eas non aliquo magistra-
tu. Et tales actiones habentur in Capitulatione Pennalium, vulgo Pennaltheses. in
quam ceu in legem Salicam Rex Gallie jurare Cogitur Hillig. D. E. Jurant se
servaturos omnes articulos in ea Contentas, & est Lex Fundamentalis a qua ne latum
quidem ungvem recedere licet.

Nam ut canit Palingen in libra

Frivola si fuerit fundamina tempore parvo

Deficiet quidquid super his fabricare volemus.

Sed quia civiles hæ actiones omnibus Pennalium negociis adaptari nequi-
bant. ob penuriam earum Prætor h. e. qui Studiosis præibat jus, quasi præitor. Fene-
stell. de magist. c. 19. Novell. 24. in proem. & in quem Studiosi ob juris peritiam ser-
ant

ante transfulerant jurisdictionem quibus autem fuerit certo sciri nequit. O tempora!
 O Mores! O homines negligentes, qui tanti hominis nomen silere passi sunt, tum tante
 honore Appii Claudii mentio fiat in l. 2. § 7. de orig. jur. quod actiones composuisset
 ex sua doctrina quasdam subptementi loco introduxit Pennales, quarum quaedam recen-
 sentur in § Pennales inst. de act: Veluti adversus eum, qui quid ex albo Pennalium
 aut capitulatione corrupisset, & in eum qui Studiosum ad Rectorem vocasset, cum id
 non impetrasset: Dann die Pennale sind gemeiniglich solche grobe, Blerechtiget/
 verwegene hoffertige Tölpel. Item adversus eum qui eximeret eum qui convivi-
 um parare debebat, cujusve dolo alius exemerit; Et aliae innumerabiles. Et haec actio-
 nes dicuntur dativae, quod dentur ex auctoritate Praetoris: quicquid contrarium sta-
 tuat Schneid: ad §. hunc nostrum in pr. Sed notandum hanc dationem actio-
 num non esse privativam, Sed cumulativam. Non ergo prohibentur Studiosi pro-
 re nata plures actiones introducere. Nam semper natura deproperat novas edere for-
 mas l. 2. §. 18. C. de vet. jur. enucl: Quocirca Studiosi solertes & discreti & equi-
 tati obsecundare solliciti cuncta subtiliter dispensantes provideant, si quae fuerit antiqui-
 oribus causis similis seu major: ut proinde sciant utrum antiqua subpetat, an nihilo-
 minus nova actio introducenda. c. um: §. 2. v. sed. quia. quae fuit prima: causa bene
 amittit. Praesertim hoc nostro seculo quo extincta Praetoris temporaria jurisdictione.
 Wesenb. de offic. Praef. ad universos Studiosos jus introducendae actionis re-
 diit. Quo in casu idem juris est quoad Pennales, quod circa littora maris, quorum
 usus publicus est, ideoque quibuslibet liberum est receptaculum apud Pennales constitu-
 ere in quod se recipiant: proprietates autem intelligi potest nullius esse §. 5. Instit: de re-
 tura divison: Sed quid juris si forte quis legitimam Personam standi in judicio non
 habens actionem adversus Pennalem instituere tentaverit, an actum valebit?
 Operam quidem dare debent Studiosi, ut personae agentes sint legitima. C. caus-
 sam. X. de judic. Si tamen exceptio obposita ab initio non fuerit postea Penna-
 lis non audietur l. ita demum. l. licet. C. de procurat. Dd. in l. fin. C. Eod.
 Nisi ignoverit Pennalis, l. fin. C. si a non conp. jud. alias enim non admittitur c. Pe-
 storalis. X. de Except.

B

Item

Idem dicendum si quis Pennalis pro Studioso habitus tale quid tentaverit l. Barbarius. de offic. prætor. §. 7. Inst. de Testam. l. 7. C. Eod. propter rerum astutiam av-
toritate l. 65. §. 2. ad SCtum Trebell. Deinde quia qui cum alio agit vel est vel esse debet
non ignarus conditioni ejus l. 19. de R. J. Paria enim sunt scire & scire debere. l. quod
te si cert. pet. l. 48. de fide juss. Et ita decisum testatur Cyriacus Leysenbesser / Vol.
1. Decis. Pennal. 23. n. 36. quem omnino vide.

Et in heredem æquè competunt aut dari solent.) (Heres cum sit funda-
mentum & basis nostræ actionis l. 10. de jur. Codicill. quo corruente cetera corruunt
l. 1. pr. de hered. instit. §. ante ubi Dd. instit. de legat. l. 8. §. fin. de inoffic. testa-
ment. Dd. in Auth. ex causa C. de liber. prætor. In hujus vocabuli significatione e-
ruenda quid inpendemus. Etenim si teste Palingen. in libra.

**Principia obscuris fuerint abstrusa tenebris,
Quæcunq; ex illis veniunt incerta sequentur.**

Principiū ignoratis oportet etiam ea quæ sequuntur ignorare principia, ut notat pulcre:
Dyna. in c. nullus pluribus 20. de R. J. in. 6.

Est autem heres (quem deducimus ab herendo quia defuncto adhaeret ei q; ad-
jungitur. Hotom in Comm. jur. verb heres, vel ab Herus Cujac. Inst. de hered.
qualit. & differ. 5. observat. 10. quod sit herus & dominus Pennalium Welsenbec. in
parat. de hered. instit. n. 2.) qui defuncti hereditatem est adeptus, seu qui defuncto suc-
cessit l. 2. 3. de petit. hered. l. fin. C. de hered. instit. Defunctus vero est, qui annos vul-
peculatorios emensus misero Pennalismo per annum contra naturam subjicitur §. 2.
Inst. de jur. Person. Habetur enim Pennalis intra tempus purgationi pro mortuo, pro
nullo l. quod attinet 32. l. 209. de R. J. l. 59. in fin. de Condit. & demonst. l. 3. in fin.
de Cap. min. l. 32. §. 6. de donat. inter vir. & uxor. l. 1. de jur. deliber. Quo elapso
Studiosus factus (nam per talem quæ Pennalismo successit statim novus homo efficitur.
l. 27 §. 1. de adim. leg. Hotom. ad tit. de Condit. furt) In universum jus quod Pen-
nalis habuit succedit. l. 24. de V. S. l. 37. de adqvir. hered. l. 2. de bonor. poss. &
est Succesor omnis lucri quod Pennalis forte accepit. l. 11. de divers. & tempor. præ-
fct. (Licet enim bona scilicet propria Pennalis habere nequeat. l. 182. de V. S. §. 3. inst.
per quas. pers. cuiq; adqvir. l. 53. de judic. tamē cum eo verbo abutimur factū magis de-
monstramus l. 41 de pecul. & Conniventibus oculū creditur lucrum consequi ut loqui-
tur ICtus. in l. 4 §. 1. de manum.) Et etiam damni l. 11 §. 2. de public. in rem act. Est
ovim secundum naturam eum commoda cujusq; rei sequi, quem sequuntur incommoda

l. 10.

9.
l. 10. de R. J. cap. qui sentit 45. de Reg. jur. in 6. Pactus tamen intra Pennalismum
ad pactam ei neq; proderit nec oberit l. 7. §. 18. de pact. Imo ex propria persona potest
revocare Contractum initum. l. 73. de evict. quia in extranei locum successit. l. 5. in fin.
de divers. & temp. præscript. l. 6. quod cujusq; univers. nom. Factum tamen re-
vocare nequit l. 9. §. 2. de jur. dot. quia infectum fieri nequit l. 12. §. 2. de Captiv. &
post lim. reversi l. 31. de R. J. Est ergo heres hoc in loco persona quæ per annum Penna-
lismum perpesa Studiosi habitum assumit. Cæterum hic investigandum, cur scilicet hæ
actiones dentur heredibus, at in heredes non competant: cum alias certi sit juru, non
debere actori licere quod reo licitum non est. c. non licet 32. de R. J. in 6. l. 41. ff. eod.
tum quod quisq; juris statuerit in alio ut ipse eodem jure utatur. tot. tit. quod quisq;
juris l. 44. de pact. l. 59. in fin. de administr. tut. l. ult. C. de sportul. nec acceptio per-
sonarum habenda c. 12. de R. J. in 6. c. novit. X. de judic. ex vulgata illa theoricæ quod
tibi non vis fieri alteri ne feceris. c. cum omnes de Constit. Sed respondetur quod &
ille possit denegare actionem qui eam dedit l. 102. §. 1. de R. J. Deinde quia post exantla-
tum Pennalismum ejusdem juris hic censeatur cujus & alii Studiosi, & desinit Penna-
li esse qui factus est Studiosus. cap. un. de Vasall. milit. qui bell. arm. Ideo expirat
actio. ne contra naturam par in parem habeat imperium l. 13. §. 4. ad Sct. Trebell. l. 12.
§. 1. de reb. avt. jud. poss. l. 30. §. 1. de excus. tut. l. 14. §. 1. de re judic. l. 4. de arbitr.
l. 58. de judic. c. innotuit de elect. Præsertim cum Studiosi sint favorabiliores Penna-
libus l. 125. de R. J. ideoq; favores ampliandi odia restringenda. l. cum quidam de lib.
& posthum. ne aliàs Studiosi odio Pennalium prægraventur c. non debet 22. de R. J.
in 6. avt in ipsorū dependiū retorqveatur quod in ipsorū gratiam est concessū c. non
eod. Et deniq; ne hoc modo Confusio & nulla differentia inter Pennales & Studiosos
oriatur quæ est mater dissidiorum arg. §. 27. & seq. instit. de R. D. Publice enim in-
terest ut ordinū dignitas salva sit. l. 1. §. 13. ff. de Ventr. inspici. Non avtem officit in
Pennalismo fuisse, & postea Studiosum evasisse §. fin. instit. de ingen. Dank auß Pen-
nalen werden auch recht schaffene Rerll. Lex enim Cornelia fingit quasi nunquā Pē-
nales fuissent. l. retro de c. apt. & postlim. §. 5. Instit. quib. mod. jus patr. pot. solv.

Sed quia supra ad verba non omnes & c. facta est mentio anni, intra quod tempus
tam miseram servire servitutem Pennales coguntur, oportet præciuum erit designare justum
& legitimum anni illius spacium. Notandum avtem primo annum alium esse con-
tinuum alium utilem l. 1. de Divers. & temp. præscript. Continuum sive tempus conti-
nuum secundum gl. in l. fin. C. de tempor. in integr. restit. & in Clementin. 1.
verb. Continuum de restit. in integr. dicitur quod continuo currit diebus feriatis &
non feriatis, in presentia & absentia: Et consistit 365. diebus sex horis continuis l. 51.

§. 2 ad L. Aquil. l. 4 § Stichus de Statulib. Utilis est, qui itidem constat 365. diebus, sed non includuntur dies feriati, nec currit diebus feriatis gl. in l. fin. C. de temp. in integr. rest. quamvis vero in dispositione Pratoria annus soleat intelligi de utili, at in civili de continuo ut not. gl. pr. instit. l. t. tamen hoc procedit in dubio Schneidev. ad § rursus Instit. de acti. n. 66. Sed quia hac in parte statur juri Saxonico, quod exigit annum, sex septimanas **Welchb.** art. 21. gl. in **Welchb.** art. 4. ibi **Jahr und Tag** **Loubdr** lib. 1. art. 28 & art. 44. l. 2. & art. 38 lib. 3. Quibus ex consuetudine additi sunt sex dies, sex hora & sex minuta ut ita hic annus contineat continuo **Ein Jahr 6. Wochen, 6 Tage, 6 Stunden, 6 Minuten.** Ideo in certis non opus erit conjecturis l. 137. § 2. in fin. de V. O. Anni vero computatio incepit ab eo ipso momento quo quis civitatem ingressus est ibidem mansurus Dico ingressus est, non ingresurus est. Non enim statim quae spe & animo devoramus possidemus l. 1. §. per procuratorem & §. item acquirimus de acquir. possess. Adde ibidem mansurus Studiosorum gratia quia requiritur animus & affectio l. 10. ff. eod. Theoph. inst. per quas per nos. acquir. Quod vero dictum est in absentia l. 199 de V. S. intellige de absentia necessaria & probabili simul, non voluntaria, aut probabili, aut necessaria disjunctim Vid. gloss. in l. fin. ff. de in integr. restit. Dd. in § rursus inst. de acti. Si quid autem necessarium evenerit & ipsum corpus Pennalis respiciens contigerit, id est vel victus necessarii: **Wen der Mutter ein gut Futter / zubekommen das sie brammen / etc. vel portionis oblatio eine Pflasche Muttermilch zuholen / vel medicaminis datio vel Impositio Die Spuelwürm zuvertreiben / quibus relictis ipsa sanitas Pennalis periclitetur, vel si quis necessarius natura usus ad depositionem Superflui ponderis imminet Pennali, non esse ex hac causa tempus ceptum subvertendum, licet morbus pennalisticus, quod & factum esse comperimus unum ex Pennalibus contigerit, sed eo quod imminet & urget repleto vel deposito iterum solutum per tempus pennalimum ad impleri concedimus l. 28. pr. C. de testam. Sic etenim & Pennalibus medemur & Studiosorum elogia in suo statu facimus permanere d. l. in fin. Modo tamen illa absentia ultra mensem non extendatur Et ita est Communis omnium optimorum Studiosorum sententia attestante **Conrado Fedderangvilla** in **Thesaur. comm. opin. lit. a. v. absentia. con. 36 §. Pennali**, quae merito apprehendenda N. 87. in praefat. Si enim redire cessaverit omni priori praesentiae jure privandus est c. ex parte; c. inter quatuor. c. cum ad hoc. X. de cleri: non resid. ut de novo tempus implendi annum sit inchoandum ut not. post. tex. in l. naturaliter. §. de Usu, capic. illud. §. X. de praescript. Proinde etiam si ultra iustum tempus vel absentiae vel complendi anni causa prorogetur, tamen Studiosorum potestas non expirat c. venerabilis. X. de judic. Quod enim initio vitiosum est, tractus temporis**

temporis

temporū reconvalescere nequit. l. 29. de R. J. c. non firmatur. 18. in 6. eod. & res tran-
 sit cum causa sua l. 5. 2. de pign. act. l. 12. §. 2. fam. creisc. l. 23. §. 2. de S. R. p. Quina-
 deniq; qvi ad tempus in aliquo sunt loco ibi non videntur esse l. 44. de Leg. 3. Præterea
 tantum temporis intelligitur præscriptum quantum qvi præsens fuit. l. 1. §. si quis. ubi
 gl. & Br. de itin. act. priv. Est enim præsentia hæc stricti juris nec ultra ter-
 minos extenditur Schurf cent. 2. cons. 16. n. 53. sine qua hæc præscriptio non proce-
 dit l. 25. D. de usu cap. C. sine de R. J. in 6. Et tales vocantur *Schleber* plerunq; so-
 pro studiosis gerentes. Pro studiosis vero gerere videntur ii qvi aliquid faciunt quasi
 studiosi: Et generaliter Julianus scribit, eos demum pro studiosis gerere, qvi aliquid
 Quasi studiosi gerunt. Pro studiosis autē gerere non tã esse facti quam animi (*Solche
 Bengels wollen stracks Studenten seyn*) Nam hoc animo quis esse debet ut velit es-
 se studiosus. Ceterum si qvi quid necessitatis causa fecit, si quid quasi non studi-
 sus egit, sed quasi penalis, apparet, non videri pro studioso gessisse. l. 20. Pr. de acq. vel
 amitten. hered. Eos vero qvi per integrum septennium in una aliqua Academia mo-
 rati sunt, non nisi jocosè dixeris Penales: quia studiosus ad tempus fieri nequit l. 33.
 de manum. test: & qvi semel studiosus factus est sine dubio manebit l. 7. §. 10. de mi-
 norib. l. 88. in fin. de hered. instit. nec recipit hic actus diem vel conditionem, l. 77.
 de R. J. c. actus 50. in 6. eod.

Sed silentio hic non erit prætereunda notabilis frequens et iam in foro Academico
 maxime practicabilis questio: An tempore pestis avfugiens penalis & alio se-
 conferens complevisse intelligatur tempus a jure præstitotum, ita ut interme-
 dia absentia non officiat aut interrumpat semel cœptam præscriptionem.
 Cum proniores debeamus esse ad absolvendum quam ad condemnandum l. absentem
 §. D. de peen. dicemus hanc non interrumpi sed continuari l. 13. §. 4. de acqvi: poss.
 l. 20. de usu l. 22. l. 31. §. 5. l. 44. §. 3. D. eod. culpaq; caret qvi scit sed prohibere non po-
 test. l. 50. de R. J. & cui parere necesse est l. 169. D. eod. l. 33. in fin. Locar. l. §. 18. ad
 ferum Syllan. Sic excusatur qvi propter vim majorem se sistere judicio nequit l. 2.
 §. 3. & seqq. si quis. caut. in jud. l. 38. in fin. ex quib. causis maj. l. ult. §. 2. ad L. Rhodi-
 de jact. Modo tamen non ut canis ad vomitum, se tempore pestis in patriam recipiat,
 quia tunc incipit esse in mala fide sine qua non procedit c. fin. X. de præscript. Sed ali-
 bi donec pestis deferbeat commoretur, ad eandem ex qua abiit Academia cito reversurus.
 Huc facit quod pestis est omniū agritudinū regina c. sicut. de Simon. omniū insolentis-
 sima, servu stipata superbis, quos alloqui quilibet reformidat, Ripa de peste c. 6. n. xi.

Occasione hujus querendum est: An Pennalis sit Particeps vitæ æternæ. Scilicet intra annum moriatur? Quæstio hæc Theologos potissimum concernit: Sed tentandum quid pro negativa adferri possit. Et primo quidem certi juris est: Solos homines participes fore beatæ vitæ. 1. Thom. 2. Sed Pennales non esse homines patet ex l. 9. ad L. Falc. in fin. Sequimur enim hac in parte Stoicorum sententiam, sententium ἐμπερα qvalia sunt Pennales non esse homines sed spem hominis l. 2. de mort. infer. arg. l. 13. § 3. ad L. Jul. de adulter. Quocirca non sunt capaces. Deinde notum est illud: solum Christum redemisse quod adsumsit. Epistol: ad Hebræ: sed quis tantæ blasphemie æstro percitus est ut statuatur Christum carnem Pennalicam, seu genus Pennalicum adsumsisse. Præterquam enim quod sacra litera ne quidquam testentur, cum carnem humanam eum adsumsisse Statuant, nec facile vel qui ipse est Pennalis hoc adferere audebit. Proinde non salvantur. Tertium argumentum desumptum est ex adjuncta imperfectione Pennalium. Nil enim imperfectum aut immundum intrabit regnum cælorum, satis hoc inculcantibus sacris Bibliis. At Pennales esse Imperfectos in suo genere docet Capitulatio Pennalium exponit Paling: in sagittario.

————— Perfecta etenim sunt omnia rara svadet ipsa ratio: Quia quod ad huc est in opere perfectum dici nequit: Hinc illud: Τὸ fieri nihil exponit in esse. Fœtus asinæ prægnantis ante partum perfectus dici nequit, cum nondum sit modis omnibus absolutus d. l. 9. ad L. Falcid. Quæ causa fuit ut auctor Disputationis de jure potandi statueret: Majorem & justiore[m] i[n] amicitiam cum Pice quam cum Pennale: ex hac ratione quod ille perfectus sit in suo genere, hic non item. Præterea sunt immundi: Nam quantam sarraginem Lumbricorum & vermium Pennalis alit in corpore, qui lumbrici ceu insecta ex nulla alia causa, nisi ex copiosissima putredine genus & originem ducunt, quæ putredo est corruptio caloris naturalis & proprii in unoquoque humido ab alieno calore scilicet ambientis Aristot. 4. meteor. 1. Quo major enim putredo, eo major numerus vermium. Non secus ac blatta e caseo exsiliuntium aut Myemones ex arbore proripientium. Ut jam taceam peccata quotidiana quibus se polluunt delinquendo in varias leges Studiosorum, quorum remissionem cum hac in vita ante completum tempus Pennalismi consequi & impetrare nequeant, nevtiquam altera in vita sibi sperabunt, cum satis inculcet sacra pagina nullum remedium superesse defunctis ad remissionem peccatorum post hanc vitam. Sic enim Canimus in Symbolo Apostolico: Hier alle Sünde vergeben werden. Nisi quis sorte eos in Purgatorium Papicolarum proscribere in eoq[ue] includere velit, ut inibi post exantlatã & pur-

purgatam peccatorum poenam in caelestem exinde avolent Patriam. Quibus tamen rebus
 obstabit hoc quod soli homines in eo vexentur vel asferentibus ipsis Pontificiis non quadrupes.
 pedes quales sunt Pennales ex dictis. Ergo non heredes sunt vite aeternae: id quod e-
 rat concludendum. Sed quo tandem ablegabimus misellos. Assignamus ipsis locum
 à Pontificiis infantibus nondum baptizatis destinatum, quibus neque bene neque male est.
 Aut si magis locabis eos ad locum, qui in vestibulo Carponibus & cenopolis destinatus
 est: ii, quoties Diabolus excrementum de penere cogitur arbori insidentes obsecundare
 parti sunt, ut uno eorum Diabolus nates stercore oblitus purget. Wann der Teuffel
 Schelffen gehet nimpt er einen vnd wilscht den Arß daran. Sed caveo Pennales, ut
 hoc facile credatis:

O Dii quam magna est penuria mentis ubiq;
 In nugas quam prona via est! quid creditis ista
 Infani? quæ nec possunt ratione probari
 Ulla nec sensu agnosci? quid vana timetis?
 Qui facilis credit facilis quoque fallitur idem.

Paling in Gemin. Non autem debet studiosus cum Pennali amicitiam multo minus
 fraternitatem alere. Unde mandatū cavetur ne studiosi in Ulteriore familiarita-
 tem Pennales admittant. l. 19. pr. de Off. præsid. Nimia enim familiaritas parit Con-
 temtum. Et firmissima est inter pares amicitia. Q. Curt. de reb gest. Alex. Mag. l. 6.
 Hinc illud:

Noscitur ex socio qui non cognoscitur ex se.

Nisi necessitas aliud svadeat: quia quod non est licitum lege necessitas licitum facit.
 c. quod non. 4. X. de R. J. lib. 4. de Il. l. 13. de alien. jud. mut. causa fact. c.
 consilium. de observ. jejun. Tum enim illud servandum: si non ut volumus ta-
 men ut quimus: Ut puta si forte studiosus Penates Pennalis cum eo visere constitue-
 rit: quia hoc casu receditur à regulis juris communis, cum domus propria sit cuiusque
 tutissimum refugium. l. 1. ad SC. Syll. l. 18. de In jus voc. l. 4. §. 5. de darn.
 Inf. l. 103. de R. J. Nisi iustus dolor aliud poscat. Nam impossibile est iustum dolo-
 rem posse temperare. l. 38. §. 8. ad l. Jul. de adult. Vel aliquod majus lucrum ex ea
 sperari possit: Nam ut canit Poeta

Lucri bonus est odor ex re

Qualibet

Præsertim:

Præsertim hoc nostro seculo, quod maxima lucrum

Pars hominum sequitur nummos & munera cuncti
Adfectant; donis multi adquiruntur amici.

Paling. in Cancr. Quadrat buc illud Italorum senza denari non canta Marc-
Antonio.

Verum talis amor non sit durabilis & cum
Deficit utilitas fugiat cito, præcipue si
Ulterior non ulla manet spes utile habendi.

Paling. ibid. Et optimo jure Studiosi hac in parte illum ut nostri tradunt pontificium
aphorismum possunt, quo omni pœna metu liber est, imo jure facit qui heretico fidens
datam non servat. Quia sunt hoc casu ejusdem juris heretici & Pennales. Facit huc
quod amicitia honesta non pretio concilianda sed animo æstimanda. l. 3. de donat int.
vir & ux.

Vivere nescit

Ut bene vulgus ait, qui nescit dissimulare.

Paling. in cancr.

Obiter hic quæro, quæ fiat ut Pennales acceptiores sint virginibus quam Studiosi? In
hac quæstione variae sunt Dd. opiniones. Quidam profligata & prostrata Pennalium
verecundia & rusticitati id ascribunt: quippe morum & humorum Studiosorum igna-
ri facile in quavis præcipites ruunt, Fallen mit der Thür gar zum Hauß hinnen:
Et ea coram virginibus ex præfracta rusticitati exsequuntur quæ vel Studiosus vere-
cundus non cogitationibus assequi, tantum abest ult' ultro & ceram exponere avsit.
Nam quid tentasse nocebit? Quæ ratio quidem speciosa, sed insufficiens videtur cum
presumantur virgines amare eos qui omnibus qualitatibus pollent, quam tales inspidos
& quadratos Curculiones: Nisi hoc forte argeat amorem quod facile, sperent se in po-
tuituras & in matrimonii fidem accepturas. Nam

Fistula dulce canit volucrum dum decipit avceps Man kan solchen jungen
Herrn bald daß Sell ober den Kopf werffen, daß sie sich in etwas verschnappen/
Sie plumpen ein und gehen frisch dran/ wie ein blind Pferd. Dictisq; virginum
sunt avdientissimi.

Sed non infrequens est, ut idem cum Studiosis & simplicibus virginibus practicet, quæ
quævis verba ceu oraculum Delphicum reputantes, ita alliciuntur, ut quidvis subire &
pati

spati hant erubescant. Dann erfahrens sie/wann ihnen der Gloub in die Hand
kômpt. Aber es ist nicht alles Gold was gelb ist. Quidam adscribunt paritati
etatis, quæ ut plurimum solet esse inter virgines & Pennales: quod circa annum 17. &
ultra, in maribus, sed annum 13. & ultra in fæminis amor maximas exserat vires, Un-
de facile fieri potest ut concurrentibus talibus amoris fomitibus subinde ingens amoris
ignis æstuans exoriatur: nam ut est in proverbio: Wann Feuer vnd Stroh zusam-
men kômpt, so brennet es gern. Et hoc plerumq; quog; usuvenire solet studiosis in ea
etate Constitutis.

Tertio sunt qui culpã transferunt in glabra labra Pennalium quæ dumetis barbosis non
dum stipata sua ves & penetrabiles inter oscula dicuntur generare operationes. Das
die Herren sein glat omb den Schnabel sein/ Verum meminerint Virgines glabritatei
non vilem esse auctoritatem, at non ueq; adeo sui valituram momento, ut aut barbam
vincat aut studiosos l. 2. C. quæ sit long. Consuet. Hinc Palingen. in Cancr.

Nam quamvis hirtæ in nostro sint corpore setæ
Et barba a mento impexis Cadat horrida villis
Non sum deformis tamen: & sua gratia barbæ est
Et setis: suntq; ista viris pugnacibus apta
Robustosq; decent: sint levia membra cynædis

Imo barba magnum decus est viri vid. tr. de barb. Quæ causa fuit ut reali accenseatur
injuria evulsio barbe § si quis aliquem de pac. tenend. & ej violat Sneider v ad §.
Sed & lex n. 8. Instit. de injur. & leg. Longob. q. tit de his qui insidiando Sex so-
lidu ea injuria vindicabatur. Gotof. ad d § si quis. De injuria ultione à Davide fa-
cta testatur Sacra Scriptura. Imo Virgines labia talia hirsuta & undiq; pilu obsita
maximas vobis creant titillationes, ubi ora vestris labiis aduoverimus. Vos testor!

Tempus erit cum tetragenis horrescere barba
Incipiet faciem crispantibus undiq; rugis
Caniciesq; premer laudatos foeda Capillos.

Palin. in Cancr. Suggestit & alius rationem, quod plerumq; Pennales soleant calidissi-
mè asfidere Penatibus nunquam quid austeri experti quæ calor pulchram progenerat fa-
ciei formam & satis teneram emollit cutem. Quæ conciliant acceptabiles apud virgi-
nes partes. Aliam assignat auctor disp. de jur & natur Pennal. th 32. quod pos-
sint decenter cochleari, & profunde basiare & viriliter anum movere, & pulcræ gal-
liardas saltare et sibi facere bonas carrasias cum cythari, cantilenis suis declarans
dicta notabili exemplo. Virgo Helmstadiensis vulgo das Pennal Mägdelein scisci-
tanti

tanti hanc responsionem dedit, quod studiosi non longos in una Academia ducant annos, unde fieri aiebat ut quamprimum fundamenta coelestionis jecerint Statim abituriat nec liceat cum iis continua & longa voluptate fruisi: quæ res secus se habet circa Pennales ii enim raro post completum Pennalismum prematurum abitum sibi parant, & plerumq; diu in loco morantur. Deniq; quidam hoc adscribunt fato Ita enim Paling. in Cancr.

**Fatum in amore valet, plusquam gaza omnis, & omnis
Nobilitas, etiam fato est obnoxia virtus
Fato despicitur Princeps, & servus amatur.**

& alibi

Quoniam fato jungunt, amores.

**Quamquam nemo satis proprium celabit amorem
Si fata Impediant inimicaq; sidera nolint
Quippe humana parum prodest prudentia
Decernunt aliter superi, frustra; laborat
Qui rem cunq; parat Diis adversantibus ullam**

Paling. in Cancr. Sed in his unicuiq; liberū judiciū relinquo, nā, omniū rerū habere memoria & in nullo penitus peccare, plus divinitatis quam humanitatis est l. 2. § 14. C. de uet. jur. enuc. De hoc solum admonitos volo pennales, ut abstineant virginibus nam Pennalibus portæ virginum non patent c. 87. de R. J. in 6. l. 2. C. d. dignit. lib. 17. Quas si reserare tentaverint, fiat ut capite, fustibus probe dedolato & verberibus bellissime uncto Museum repetere & ad nutum studiosis obsecundare cogantur. De quo deinde non habeant quod conqverantur cum quilibet sit fortunæ suæ faber. Damnū en. quod sua culpa sentiunt sibi non aliis Inputare debet l. quod quis. 203. de R. J. cum non sint sine Culpa, qui se rei ad se non pertinenti immiscet. l. culpa de R. J. c. non est de R. J. in 6. Nec, venia datur peccati nisi Correcto c. 4. de R. J. in 6. Ubi ergo iis aditus prohibeatur omnia quæ sequuntur ex illo prohibentur c. cum quid. 39. de R. J. in 6. & c. 84. eod. quod si deprehensi fuerint denuo licet se excusent non audiuntur quia semel malus semper talis præsumitur. e. 8. de R. J. in 6.

Nunc in considerationem veniet natura Pennalium Domesticoorum, vulgò. Hauspennäl Scamveix. Hausfüncke Dictorum, quo jure censeri debeant?

Summus Aristoteles irrutinando Cacumina rerum

In duo divisit quidquid in orbe fuit.

Ut scilicet omne id, quod vel discendi vel docendi causa in & sub Academia degeret esset vel studiosus vel Pennalis. Et quamvis multi sint in ea opinione, dari tertium, Nam, men pro eo, quo erga discipulos flagramus amore Contrarium Statuimus. Jam.

Studiosos eos dicere durum est. Primo reclamatur Imperator sacratissimus in Auth. habita. C. ne fil. pro patr. Neq; enim amore scientiæ exules facti de divitiis pauperes Semetipsos exinanunt, vitam suam multo periculo exponunt (quod probe notandum, nã & his verbis Pennalium fundatur) Sed domi apud focos patrios instar claudi sutoris latitantes nescio quid doctrinæ & eruditionis inbibisse sibi persuadent quibus nil antiquius est quam

Fumum de patriis posse videre focis.

Modo prædia patria, fundos, vineas, ut probe curentur circũ cur sit ant, nefas esse ratur pavxillum sumtuum in externis academiis consequenda scientiæ ergo impendere: Hinc in hæc verba erumpit Imperator, in l. asiduis. 12. §. 1. C. qui pot. in pign. hab. Qvis Studiosorum non misereatur propter beneficia quæ virginibus præstant, propter vita periculum, & ipsam Pennalium emendationem, pro quibus multa nostris legibus inventa sunt privilegia. Deinde repugnat l. ult. C. de restit. milit. §. 3. inst. de milit. testam. Gotofr. ad. l. 15. §. 2. ff. ex quib. caus. in Integ. Quibus in textibus ii qui in suis ædibus degunt, & in patria morantur pro Pennalibus habentur. Obstat deniq; ipsum vocabulum HausßPennall. quod speciem Pennalium sapit. l. 5. §. 6. de adqvir. rerum. domin. Proinde ad alteram classem Pennales scilicet referimus. Nam duo Contrariisimul vera esse non possunt l. 15. de except. rei judic. Sunt a. Pennales domesticæ, non tantum ii, qui in ipsa Universitate Patriæ ædes inhabitant, sed & qui ex vicis ad illam civitatem pertinentibus ibi morantur. l. 30 ad municip. Quidam tamen ad duo miliaria redigunt. Ubi nota non esse terminos Convertibiles, Pennal & HausßPennal. quia differunt tanquam genus & species. Utrorumq; tamen quantum ad originem vindicandam, pertinet, indiscreta eademq; penè videtur esse Conditio, licet sit discrimen in nomine l. 13 pr. C. de agric. & censit. Cum hisce vero Cachleis Domesticis in patria mitius quodammodo agendum: tum quod morum ea in Universitate receptorum gnari censeantur. c. quosdam. 7 X. de præsumt. l. 9. C. de nupt. qui ab ipsis Incunabulis, in asves facti sunt ut videre licet in infantibus à fœminis in academiis versantibus editis Dasselbe lernen in Mutterleibe lesseln/ vnd freundlich seyn/ Dann es pflegen stets Studenten vmb die Mütter zusehn/ Da dann leiblich was von Studenten inen kan ein gepflanget werden.) tum quod propter præsentiam parentum facile Studiosis Succurrere, & varia humanitatis officia exhibere possunt. Quod tamen non raro fallit: Multi enim freti vel copiis Complicum vel patriæ viribus jcaris penni & curru Phœtoniaco omnes Studiosos superare, aut si non superare, saltem se ipsis exæquare conantur. l. 1. C. ut nem. ad suum. patrocin. Ergo hic Studiosi perpendent & attendent cujusq; merita aut delicta, secundum quæ cum ipsis actiones instituentur.

Extat veroscriptum Imp. Honorii & Theodosii in l. 1. C. de agric. et censit. lib. II. hinc verbis. Pennales domesticos, nunquam Pennalium nomine morum illius exactoris pulset Intentio, quos ita plebis patriis inherere præcipimus, ut nec puncto quidem temporis debeant amoveri. Nulla etiam ratione hos ad gestationem armorum sinimus admitti quia hac in parte & studiosorum juri & publice Consulimus honestati l. 19. de agric. & censit. & Usus armorum ipsis est interdicitus tot. tit. C. ut armor. us. lib. II. §. si quis rusticus §. de pac. tenend. & ej. violat. Novell. 17. c. 17, ipsorum enim arma debent esse preces & lacrymæ. e. non. pila. c. conveniet. in medio. 23. q. 8. c. ult. dist. 36. Habent ergo quasdam immunitates in patria, at ubi evolaverint alio sum. eidem vexationis periculo. quo alii Pennales ad dicuntur, &

Post varios casus & post discrimina rerum, annum emensi eodem quo ceteri Studiosi jure fruuntur. l. 18. C. d. t. sunt tamen quidam ex iis originarii, & ita terra patriæ ascripti ut nullo modo illac in alium locum di moveantur. l. 23. C. de agric.

Absit vero ut a quibusdam novissime fraudulenter introductum morem admittamus, quo quidam e fociis patriis ad Academiis translati se non animo Studendi sed Mores addiscendi eo adventasse prætendunt, & hoc colore jus Pennalismi evitare moluntur. Nam certum est, eos Studiosos non esse, propter defectum requisitorum Studiose Competentium, quæ in iis magno numero desiderantur. Nec refugium hoc Morum agnoscimus, quia quilibet addiscendi mores ergo eo advoiat. Si ergo nolunt esse Pennales frustra implorabunt legis auxiliū contra quod delinquere presumunt. l. 37. in fin. de minor. c. 38. de R. J. in 6. l. ult. C. de bon. qui lib. Ne dolus suus cuiq. proficit. l. 1. §. 1. de dol. except. Et hoc fiat in fraudem legis l. 17. fin. qui & à qv. man. l. 29. d. ll. Quicumq. enim vult esse studiosus prius Pennalis ut fuerit necesse est l. 1. de just. & jur. & oneribus Pennalis mi. Implicatus l. 29. ad munic. p. Cum secundum naturam sit, ut qui sentire vult Commodum sentiat & onus. l. 10. de R. J. c. qui sentit §. in 6. eod. l. ult. §. 3. C. de furt. Et est textus notabilis in. c. 1. de R. J. in 6. his verbis Beneficium Studio-
rum non potest licite sine vexatione penalistica obtineri.

Ulula cum lupis, si cum his esse cupis,

Si fueris Romæ Romano vivito more,

Si fueris alibi vivito sicut ibi.

Est enim Certissima juris Regula. (Postea quam jam exceptionem audivimus exceptionis;

ceptioni fundamenta preponuntur. Non n. sufficit dicere, Sed etiam probatio dicti
 requiritur l. 2. de probat. Hinc illud. Amicus Plato Amicus Socrates, sed ma-
 gis amica veritas. Alias eadem facilitate qua asseritur, negari quid posset. Quod
 probe notandum adversus Calumniatores, qui hanc nostrum Pennalimum irrationa-
 biles, nullo jure fundatum, immo omni juri contrarium clamitant. Praterquam e-
 nim quod ex Salomone probatur, veritatem dare Intellectum, ex Trajano Boccacini
 in Polisch Probtierstein/.p. 3. relat. 18. in fin. Das Keiner ein rechtschaffener Stu-
 dent / der nicht erstliche Zeit euff der Neuschuel des pennalism / geruñlet werden /
 ex Philippo Comminao lib. 2. Comm. cujus hæc sunt verba: Eum qui nusquam
 circumventus est truncū esse dixeris aut stipitem potius quam hominem, pro-
 pterea quod inter pravum & vitiosum quid Interit dijudicare non potest.
 ex Ovidio

Scilicet ut fulvum Spectatur in ignibus aurum
 Tempore sic duro est experiunda fides.

ex Horatio;

Multa tulit fecitq; puer Sudavit & alit.
 Abstinit Venere & Bacho.

non tantum In veterata Consuetudine, qua vim legis obtinet, l. 2. C. qua sit long.
 Consuet. & approbatione omnium Academiarum, ut testatur Johan. Novitius. in
 Thesaur recept sentent. lib. 1 § Pennales q. 43 sub. fin. In Imperio Romano, sed &
 saluberrimis Constitutionibus de S. hoc nostro, tot tit. C. de emend Pennal. c. non
 putes. c. non est innocentia. 23. q. 5. Aurea Bulla Pennalium vulgo Pennal theses &
 similibus Pennalium munitus & stipatus est. Imo & Poeta hæc in parte judarunt
 ut patet ex Satyra VVittebergensi & Francosurtensi Pennalistica Poetarum vero non
 est exigua auctoritas, non erubescitibus Ictis eos allegare. §. 1. Inst. de donat §. 2. Inst.
 de em & vend l. 1. § 1. ff. eod. Praterea sunt mercatoribus sui cum novitiis ludi. vid.
 Besold. 1. Polit. 12. n. 42 v. 4. Qvales sunt S. Gverra: item prope Hersfeldi in foramen
 acus & in similibus locis, quos ludos vocat Henseln: Sic Mercatores Bergenses in Nor-
 wegia habent Das Wasser Spiel Kirchn Disp de Rep. 14. corol. 1.

Hos nemo improbat & merito, ut Scilicet ita exagitati novitiis quidvis adversi
 perpeti. addiscant. Habent & monetarii satū acres in suos discipulos animadver-
 rendi modos. Certum tempus habitu personato. & histrionibus amulic quem circumun-
 ditq; nola argentea tintinnantes varioq; Sonitu perstreperentes circunt discipuli inceden-
 re. Coguntur bis intra septimanam virgi Cæduntur, eum solum obfinem ut vel quide-

vis perferre, quam fidem datam in addiscendo frangere doceantur, & ne quilibet ad id artificium in quo summa fides & diligentia requiritur aspiret. Nonne is qui gestationem armorum olim sperat sibi concedi, abjecti ministri officium subit, imò alapam è manu Concedentis excipit? Descendamus ad monasteria: Deprehendemus annos probatorios. Intra hos sordidissimum & durissimum quoque expedire, qui monachus fieri desiderat cogitur c. ad Apostolicam, X. de regular. et trans. Nov. §. c. 1. Ut hoc modo ille asperitates illius monasterii experiatur: Est enim in subsidium fragilitatis humane spaciū probationis regulariter Indultum. d. c. ad Apostolicam. in fin. ante quod tempus nisi & ipse & monasterium suo renunciaverit juri, nemo ad habitum monasticum admittitur tot. tit. X. de regul. & trans. Imo novitii anteriores alii debent vivere. c. neophyti: de consuet. dist. 5. nequeant ante huius anni probationem monachi fieri. c. Gon. saldu 17. q. 2. casumque appetit qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta querit ascensum scimus autem quod edificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, nisi à novitatis suæ humore siccentur, ne si ante pondera quæ solidentur accipiunt cunctam simul ad terram fabricam deponant. c. sicut. dist. 48.

Et ut generaliter dixerim: Quotusquisque est Artifex opifex vel mechanicus, qui non certis habeat annos, quos qui aliquando ejusdem opificii magistri evadere sperant, inter varias molestias & ergastula ministrando adimplere coguntur? Inque concessa est modica Castigatio discipulorum l. 5. §. fin. ad L. Aquili. Intueamini Caminarios, laboriosam & sordidissimum hominum genus: Quot suligi nonis & fumosis suis cinisibus annos adimplendos prescribunt? Quid ergo vetat, quid obstat quo minus & Studiosi suum habeant vexationis tempus, quod quilibet.

Qui cupit optatam cursu Contingere metam

emetiri neesse habeat, præsertim cum scientia multis antecellat parasangis reliqua nobis superius adducta, utpote, quæ illuminat totum mundum, & ad Obediendum Deo Imperatori ejusque ministris vitam subditorum informat. Auth. habita. C. ne fil. pro patr. Nam alias quælibet illotis manibus ad sacratissimam hanc Deam accedere præsumeret, Quilibet cum Corydone illo, Frischlinico intra biduum filium suum informandum traderet. Da wolt ein jeder Bernhüter fracks ein Student werden. Wer ein Handwerk verschlessen/ oder verlauffen hette/ da wolt er bald ein Studierknecht werden. ratus quoniam nemini obtrudi potuit tunc iter ad Vas. Scio. Stiofos. Als wie jener Brenckische Gutscher/ da er sahe/ dz es so lustig vnter den Studenten zugin/ sagte es gefiel im das Studenten leben so wol er wolt nach Haus gehen/ alles verkauffen/ den Bart lassen recht Studentisch machen/ vnd auch ein Studente

Student werden. Du ein meln lieber Guescher vund Gesell ohn G. es gehöret
mehr zum Tanz als ein roth par Schuh.

**Non jacet in molli veneranda scientia lecto,
Nec tibi per ventos asla columba venit.**

*Non habitus sed tempus & eruditio facit Studiosum. c. porrectum. x. de regal. &
trans. Nec ex quovis ligno fit Mercurius.*

**Aut cuivis homini Contingit adire Corinthum
Virtutem Svdore Dii posuere parandam,
Qvi cupit tandem Studiosus esse,
Jureq; illorum penitus fruisi
Iste, Pennalis prius esse discat
rite per annum.**

*Sape erit Calamitatis solatium nosse sortem suam Q. curt. lib. 4. de reb. gest. Alex.
Mag. Sed avres vellicant nobis decrepiti emeriti qveruli & avitarum rerum tenacissimi
senes, obponendo ritum illum antiquissimum Depositionis quem vocant, Satum equidem
ille vel Heracito ridiculus et Jesuitis explodendus mos nobis notus est. Verum quid sibi
volunt personati illi Lemures: quid prodest stultus ille labor ineptiarum? Diris de-
vovent & Orco Consecrant omnes eos, qui Bacchanalia celebrantes larvis & Scenicis
induti vestibus circumcursitant, indignum reputantes facinus alio quam decet ha-
bitu hominibus sese prabere. Cur ergo rigorosi & Superciliofi censores eo vesania & do-
mentia dilabuntur ut depositorem & deponendos in vestibus morionum
cornibus calamariis monilibus ligneis exornent, ligneis pectinibus, forficibus
dolabres Securibus misellam istam plebeculam quae se deponi latatur, excipiant, et il-
ludant, pugnis verberibus alapis condonent, ænigmatibus quae vel Oedipum (si Dii
placet) ob difficultatem enodandi requirant, animos Beanorum eruciant? Quasi re ve-
ne gesta! & quasi probe currarit!*

**Scilicet is superis labor est ea cura quietos
Sollicitat** -----

*Cum tamen nunquam vel rarissime eas ineptias & insanias cum Pennalibus iradare
soleant. Modi deponuntur infantes, adhuc in Cuni vagientes qui quidquid
vident ignorant. l. i. C. de fals. monet. vix lallare possunt
Quid hic iudicium in iis erit. Patres Conscripti? Et utur sit
mos.*

mos ille Depositionū retineatur, non tamen tollitur eo Pennalismus, Sed Beanimus, in
 quem deinde pleno jure succedit Pennalismus. neptu cum vestro depositore ad insa-
 niā usq; per nos licet Nos pugnabimus pro nostro Pennalimo tanquam pro aru & sociis.
 Ex maleficiis Pennales actiones in heredem non Competere) (Ex quibus
 verbis patet duo esse genera actionum. Unum proficiscitur ex contractibus, alterum
 ex maleficiis §. 2. inst. de actione De actionibus promanantibus ex contractu, certum est,
 eas heredibus & in heredes dari pr. inst. h. t. l. 3. & 4. C. de præf. 30. vel 40. ann.
 Quia utriusq; orta obligatio etiam post tempus Pennalimi durat. Arg. l. 14. de O. & A.
 Ideoq; non tantum tempore Pennalimi, sed & eo extincto contractus invicem celebra-
 re non prohibentur. Quod si alteruter satis facere neglexerit alter jure adversus
 alterum Studiosum actiones intentare potest, vel coram Rectore,
 quod tamen ut plurimum sapit pennalismum) vel daeco, (de quo vid. Vischer
 tr. de duello) vel actione in factum, quæ tum locum habet ubi negotium quod factum
 est, nullam certā & determinatam actionem habet. l. 1. & tot. tit. de præ script. verb.
 Actiones vero descendentes ex maleficiis sunt quæ consistunt ex ipso maleficio l. 4. de O.
 & A. & sūt duplices, aut enim sunt Pennales aut nō Pennales §. 18. inst. de Action. Non
 pennales sunt quæ itidem Studiosis adversus Studiosos Competunt quæ cum sint ob fa-
 ctorum multitudinem innumerabiles sigillatim earum articuli Comprehendi neque-
 unt. l. 12. de ll. Ideoq; eas potissimum vita Academica hac in parte optima magistra
 docebit. Pennales autem sunt, quæ dantur Studiosis adversus Pennales intra annum:
 nam simul cum anno prætorij jurisdictionem quæ olim erat annua pr. inst. h. t. imitata
 expirant. Absurdum enim est eas ultra annum extendi, per rationes sup. ad v. non a.
 omnes adductas. Sunt enim intra hoc tempus Pennales in Prædicamento Passionis con-
 tinentes in sese omnes passibiles pene dixissem passibiles qualitates. nisi lis fuerit cum
 de functo Contestata: h. e. Pennalis ita se gesserit, ut exinde appareat annum quidem
 eum, non vero animum mutare, & perpetuum fore Pennalem: quia tum etiam in eum
 hæ actiones dantur licet non ut in Pennalem tempore, tamen ut in Pennalem moribus l.
 58. de O. & A. l. 26. l. 33. ff. cod. l. 52. de R. V. l. 9. §. 2. de jurej. l. ult. de fidei tut. l. 86.
 l. 87. l. 139. l. 164. de R. J. l. un. C. delict.
 Veluci Furti) (Quod dicitur hoc loco, actionem furti in heredem non dari ita inter-
 pretandum est l. 15. de in pens in res dot. fact. ut intra annum quidem ad versus Pen-
 nalem Detur, sed eo elapso terminetur. Quæ res summam habet æquitatem. Quid
 enim æquius, quam ea quæ quis amisit eodem modo repetere. tot. tit. C. quæ ad. lic. unic.
 sim. jud. ne liberalitate sua inops periculitetur. l. 50. de re judic. & ut quilibet Studi-
 osus factus levamentum & solatium quoddam habeat talia qualia habuit repetendi, cum
 nos

non sit postremum preceptum juris suum cuique tribuere. §. 3. inst. d. just. & jur. & natura æquum sit neminem cum alterius damni locupletari. l. 14. de condict. in deb. Ubi ergo hoc in passu ablatio est licita defensio ejus erit illicita. l. 4. pr. ad L. Aquil. Et ut maxime furtum alias sit prohibitum l. 2. de furt. tamen æquitate svadente jus interdum mutatur. l. 85. §. fin. de R. J. Deinde quod nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur §. 12. inst. de rerū div. l. 34. §. fin. ff. de acquir. rerum. dom. Sed res Pennales nullius sunt. Ratio quia ipsi mortuis sunt similes. l. 209. de R. J. pro nullis habentur l. 32. eod. Nullus autem nil possidere potest l. 38 §. 7. de V. O. cum non entis nullæ sint qualitates. l. 82. pr. ff. de leg. 2. Denique hereditati ante quam adeatur furtum non fit l. 33. §. Item. pen. de acquir. rerum. dom. Ratio, quia possessionis furtum fit. l. 1. §. 15. si is qui testam. lib. At possessionem hereditas non habet d. 1. (per hereditatem nondum aditam nil aliud nisi Pennalium intelligimus. per ea quæ supra ad v. & in heredem dicta sunt) Ergo ejus furtum fieri nequit. per rationem in d. §. 15. allegatam. Posset autem quæ nobis Contradictionem quandam obijcere eo quod diximus. Pennales amittere, cum tamē nil eos habere denuo statuerimus: quæ subsistere nequeant, Quod enim non habeo non possum amittere. l. 83. de R. J. Privatio quippe præsupponit habitum. l. 3. in fin. de cap. min. l. 1. §. 1. si usus fr. pet. l. 41. v. quare si nulla de reb. cred. l. 4. de action. emt. l. 5. de injust. rupt. l. 96. de condit. & dem. l. 116. de V. O. Sed respondemus hoc fieri Fictione juris, fingimus enim & id amisisse, quod non habuimus. l. 33. in fin. pr. ad l. Aquil. l. 3. §. 1. usufr. quem cay.

Ergo hic

Convectare juvat prædæ & virvæ raptæ

Virg. 5. Æneid. Nec quenquam movere debet furti nomen famosum. l. 6. de furt. Nam non raro propter ejusmodi verba propter eorum penuriam factum ipsum denotamus l. 67. §. 2. l. seq. de furt. l. 1. & tot. tit. rerum amot. Et quidem hodie ad modum honorificus res Consequendi titulus est adinventus, quem vulgo promoviren/appellitant: Sed quia in tempore imperatoris & Ictorum incognitus erat facile in ignoscendum, quia si is tum temporu in usu fuisset dubio procul imperator hoc vocabulo usus fuisset. Cui similis est nuper introductus modus acquirendi vulgò Beutemachen: Dann well das Beutemachen ist auffkommen/hat Felner mehr gestohlen/ oder auff der Strassen geraubet. Deinde hoc verbo usus est Imperator propter furtum quod fieri potest post annum Studioso, ac si diceret imperator. Intra annum quidem nemo tenetur de eo quod Pennali Studiosus abstulit, at ubi admisum fuerit post annum adversus avferentem tanquam furem quæ experiri potest. Potest autem res tolli vel manifest

D

fest

festum vel non manifestum §. 3. inst. de oblig. quæ ex delict. l. 3. ff. eod. prout utile visum fuerit studiosis tutitus in. & melius erit si fiat presenti Pennali, quia presens videtur consentire. l. 8. §. 15. quibus mod. pign. vel hypoth. c. qui racet. 43. de R. J. in 6. l. 142. eod. Nisi forte major rixæ exinde suboriatur causa l. 16. ad L. Corn. de sicar. viderem ergo pennalibus ne se dum ad Academias convolare student copiosa supellectile (in qua advehenda aliàs sunt maxime solliciti & anxii, da muß Tisch/ repositorium, Stuel/ Cabeth/ Dintensoß / Bedder vnd allerley Plack/ scheifferey mit von Hauß vff die Univerfitet gefühete seyn) ne scilicet nimium excrescant sumtus, dum varia in Univerfitate comparare coguntur: Nun wollen / gönnet doch den guten Leuten auff der Academie auch etwas von Mutterpfennigen) onerent, sed solum maxime necessaria secum adferant, nec tamen in Musæis visui ea exponant, nam quam in exornandis Musæis obinnatam superbiam sint seduli novi, sed meo exemplo discant ea quæ sibi chara recondere capsula. Nam si viderint studiosi, nefas erit ea quæ placent denegare, quibus cum lege regia quæ de Imperio in Pennales lata est eis & in eos omne Imperium & potestas translata sit. l. 1. ff. de const. princ. Luc. de Penna. vol. 2. cons. 28. per tot.

Vi bonorum raptorum) (Verba hæc pertinent ad eum casum ubi forte Pennales vi resistere volunt studiosis quid ipsis eripientibus. Vim animi vi defendere omnes leges omniaq; jura permittunt. l. 45. §. 4. l. 4. ff. ad L. Aquil. l. ubi viro 3. ubi Dd. de iust. & Jur. l. 12. §. 1, quod met. causa l. 1. §. 27. l. 17. de vi & vi arm. l. 3. §. 2. ff. eod. Cio. pro Milon. Hoc & ratio docti & necessitas Barbari, & mos gentibus & feris ipsa natura præscripsit, ut omnem semper vim quacunq; ope possent à corpore à capite à vita sua propulsarent & omni jure vim vi repellere licet & c.

Hinc Palingen in Capricorn.

Nam jus fasq; sinunt vim vi propellere, fraudem
Fraude, velut meritum merito pensare decorum est,

at vis est. quoties quis id quod deberi sibi putat, non per judicem reposcit l. pen. ff. ad L. jul. de vi privat. Ut maxime enim Pennalis asserat jus aliquod in re erepta, tamen hoc legitime facere debet l. æquisfimum de usuf. Hiuc est quod creditor propria autoritate rem sibi debis in eripiens privatur omni jure domini. §. 1. inst. vi bon.

vi bon. rapt. l. 13. quod met. causa l. si quis 7. C. unde vi. *Quare jure Studio-*
sus rem aliquam eripiens etiam Pennali resistenti per vim auferre potest. Facit huc
quod spoliatus ante omnia fit restituendus. c. ult. §. appellatore 2. q. 6. At hic spo-
liatus est Studiosus. Ergo. Et est textus notabilis in c. officia 23. q. 6. Officia vin-
dincta possunt impleri bono animo, quomodo lex quomodo Studiosus, c. iudex. 23. q.
5. Et rem in parca congeram Studiosi,

Jactant se Dominos rerum & sibi cuncta licere.

Paling. in Capric.

Sic volo, sic jubeo, sic pro ratione Voluntas.

Injuriarium) (*Per injuriam intelligimus generaliter omne id quod aliis non jure fit.*
pr. inst. de injur. l. 1. ff. eod. adeo, ut quod aliis jure prohibitum est, id omne lici-
tum fiet, ut fiat adversus Pennales. Quod etsi ab initio durum & iniquum videatur,
tamen quia lex sic scripta est, merito servabitur, l. prospexit 12. §. 1. qui & a quib.
manum. Quin imo cum sciant Pennales ejusmodi injuriis vitam eorum intra annum
exponi, quid obstat quo minus ita procedatur, cum ipse se injuriis hisce subdat, l. 34.
de jur. fisco. at volenti non fit injuria. l. 1. §. 5. de injur. Quamobrem O Pennales
ex quo sustinete animo has tribulationes. Scriptum est enim apud Flaccum.

Levius fit patientia.
Quidquid corrigere est nefas.

Et Sacra testantur Biblia, per multas tribulationes nos ingredi regnum coelo-
rum? Item, Injustum & Impium multas habere tribulationes. Nolite deterreri
ut hoc quidquid est non patiamini tam breve tempus: & olim pervenietis ad thronum
Studiosorum. Fecerunt & Patres nostri. Breve hoc tempus excipiet infinitum gaudi-
um. Gratias agite Studiosis, qui vos dignos efficiunt stare in solio Studiosorum. Bea-
tus qui non sedet in loco Peccatorum, & est in consilio Pennalium. Non
frustra sunt instituta potestas Studiosorum, cognitio Jus, Ungula Carnificis, arma
militis, disciplina, dominantis. Severitas etiam boni paeris habent omnia ista
modos suos, causas rationes & utilitates: haec cum timentur & servantur,
& mali coercentur, quietius inter malos vivunt boni, & Pennales ad me-
liorem frugem trahuntur, c. non frustra. 23. q. 5. Qui Pennales
vexas

vexat in eo, quod Pennales sunt, & habet vasa emendationis, ut Corrigat indoctos, minister est Domini c. qvæ. 29. causa. 23. q. 5.

Nolite esse sicut equi & Muli, quibus frena & capistra oribus ad moventur, si nolunt ad Dominum venire.

Damni Injuræ.) (Omne ergo damnum datum sustinere debent. cum hoc sua culpa sentiant, subdendo sese huic fato quod ipsi Pennales fecit Infelicie . l. 203. de R. J. c. 86. in 6. eod. Sive hoc damnum pati cogantur ab eo qui occasionem damni præbuit. l. 4. §. 14. vi bon. rapt. aut dare jus sit l. 169. de R. J. Quibus Consequens est nullum Studiosorum teneri de damno dato resarciendo. Quia quod sit lege permittente penam non meretur. l. 4. quod quisq; jur. 167. §. qui jussu. de R. J. c. quod quis. 24. in 6. eod. Et juste possidetur, quod ita est ablatum. l. 11. de. adquir. poss. cum sit b. f. possessor, qui auctore iudice Comparavit. l. 137. de R. J. Neq; enim deteriore in causam nostram facimus actionem exercentes sed meliorem, ut solet dici in his actionibus quæ tempore vel morte (quales sunt Pēnales) finiuntur l. 29. de novat. licentiam ergo damus omnibus Studiosis res Pennales auferendi, damnum dandi & modis omnibus retinendi: Cuncti etenim ad versus Pennales jus sibi sciunt pro salute Communi exercenda promotionis indultum. l. fin. C. qvand. lic. unic. fin. jud.

Sed hereditus hujusmodi actiones Competunt nec denegantur.) (Ubi nota in omnibus articulis Pennales deteriore esse Conditionis Studiosis. pro quibus plurima & quidem maxima sunt introducta privilegia. l. assiduis §. 1. C. pot. in pign. Quæ privilegia. sigillatim enumerare super se debimus, videri possunt tractatus, Rebuffi, Horati Luci, Hunni & aliorum. Nunc unde hæc privilegia orta fuerint dicendum. Primū ex nimio honore, quo præ Pennalibus Imp. Studiosos mirifice sunt prosecuti ut patet ex l. ult. C. de Condict. Indeb. ubi Studiosi dicuntur sublimissimi testes & summae autoritatis homines. l. 15. C. de usufr. l. 14. C. de sent. & interloc. dicuntur summi ingenii viri l. 30. de C. fideicom. acutissimi ingenii viri & merito ante alios excellentes. l. 4. C. de contrah. stip. imperatoris amici. l. 4. C. locati. Patres. Deinde ex iudicii acrimonia. Studiosi enim plerūq; jam annos attigerunt, quibus iudicii sublimitatem consequuntur, cum contra Pennales ut plurimum sint tales, qui rebus suis præ esse nequeunt, imo etiam si bene rem suam gerant tamen alieno adhuc auxilio regi debent. l. 1. §. 2. & 3. de minor.

— Nam prona juvenus
In quodcunq; malum est: Semperq; obscena loqvntur
Inter se juvenes, & semper turpia versant
Luxuriæ tota hæc est ætas dedita ———
Palin. in Leon.

Horat. de art. Poet.

Imo

Imberbis juvenis tandem eustode, remoto
Cereus in vitium flecti monitoribus asper.

Item ex Prae eminentia, in qua constituti sunt Studiosi praepennalibus. Est enim semper magister dignior discipulo. Cum Studiosi unice in id laborent, ne Pennales in vitia precipites ruant: Unde Paling. in Virg.

----- In vitium facili decurrere lapsu

Quisq; solett.

Nec deniq; minimam privilegii occasionē & ansam prae buit ipsa peragratio Studiosorum Aut habita. C. ne fil. pro patr. quae eos gnaros omnium morum reddidit sic ut ad nutum cuiusvis mores suos Conformare possent. Hinc orta laus Ulyssis

Quod mores hominum multorum vidit & urbes

Horatj de art. Poet.

Excepta Injuriarū actione) (Cur haec excipitur? Nimirū quia injuria nostrū existimationem Concernit. Bonis autem viris & Studiosis existimationis metus major quam mortis esse debet. l. 8 §. 2. quod met. causa l. 2. §. plecuisset. ff. de orig. jur. Seb. Med. tr. mors omnia solv p. r. n. 17. Menoch. cons. 96. n. 15. Luc. d. Penna in l. 1. de capitat. civ. cens. exim. lib. 11. Ideoq; fama & vita aequivarantur. l. 9. d. man vind. l. 36. in pr. ff. de fideic. libert. l. 26. si quis omis. caus. testam. Quo facit quod dist. 1. e. homicidium. detractores homicidae dicantur & ita tenent Dd. communiter. Alciat. in l. Interpositas n. 13. & l. transg. n. 42. C. de tran. sac. jas. in repetl. admonendi n. 278. ff. de jurei. B. Al. in c. 3. n. 16. de pac. ten. Socin. jun. cons. 38. n. 10. lib. 1. Mantua. sing. 383. Dec. cons. 687. n. 8. Marqv. Freher de existimi. ad qvir. l. 2. c. 7. n. 1. in fin.

Unde Poeta.

Omnia si perdas famam servare memento
Qua semel amissa postea nullus eris

Item paling. in Scorpio.

----- Cognata fami dulcissimo fama.

Vid. l. 15 ff. de Condit. Inst. Et ex hoc fundamento defendit Trevtlerus provocationem ita ut qui ab aliquo laesus existimatione jure provocanti etiam cum internectione se sistere possit. Quod ipsum animadvertens Imperator cum probe sibi esset perspectum natura nos ad dissidium ferri & ad delicta labi: Nov. 5. c. 1. ut tandem aliquis sit litium & rixarum finis. l. 1. de usuc. Ultra Pennales hanc actionem extendi noluit, satis esse provisum ratus, si detur ad versus Pennales, & denegetur adversus Studiosos, ne mutuis cadibus & vulneribus se metipsos confoderent & dilaniarent. Quod si tamen Studioso ab alio injuria inferatur armis eam vindicare minime prohibetur arg. l. 3. de

just.

inst. & jur. l. 7. §. 5. l. 23. §. 3. quod vi aut clam. ignoscendum enim est ei qui pro-
 vocatus se ulcisci voluit. l. 14. §. 9. de bon. libert Joh. Andr. in c. significavit. per
 illum text. in verb. antecedentes junct gl. ibid. de pœnit. & remisf. Specul.
 tit. accusator. §. 1. ver. quid si te vocavi. Angei. in l. si adulterium cum incesto.
 §. Imperatores. ff. ad l. jul. de adulter. Floriau in l. 1. §. si cum arietes. ff. si qua-
 drup. papp. fec. Luc. de Penna in l. erat. q. 5. C. de castrens pecul. Aretin. cons.
 34. art. fin. jas. in l. ut vim. n. 11. ff. de just. & jur. Abb. in c. 1. & 2. de injur.
 Mynsing. in l. quicquid. n. 4. ver & est ratio. ff. de R. J. Jacob. Bovlenc. in re-
 pet. l. capitalium. §. famosi n. 195. ff. de pœn. Nec quidquam dici potest illum de-
 linquere. qui id agit non ut alteri sed ne sibi nocitum sit. l. 2. §. 9. de aq. & aq. plu-
 arcend. Ungep. exerc. 13. q. 10.

Et si qua alia similis inveniatur) (Non omnes articuli sigillatim rebus comprehen-
 di possunt l. non possunt ff. de ll. multi enim casus rebus incidunt mortaliu. l. 19.
 C. de usufr. multaq; sunt nature novitates. N. 74. c. 1. Ideoq; opere semper vocante
 consonas causis impertiri actiones compellimur cum semper inopinabile emergat , &
 quod ab iis que posita sunt mederi non valeat Nov. 60. in dr. Prudentes ergo Studiosi
 facile dijudicabunt, si ubi novus emerferit casus an studiosis competere debeat nec ne. c.
 un. §. 3. qui fuit prim. causa ben. amitt.

Natura enim nihil facit frustra. Arcil.
 Palingen. in scorp.

Cum nihil incasum faciat natura

De illo autem admonendi sunt Studiosi ne privatam publicam anteferant utilitatem. l.
 23. §. 1. comm. præd. Salus enim Pennalium suprema est lex. Cic. de ll. Et ea que
 communiter omnibus prosunt iis que specialiter quibusdam utilia sunt proponendi.

Nov. 39. C. 1.

Pro conclusione deniq; notandum absolutionem a pœnalismo dupliciter fieri vel ipso ju-
 re, vel ope Studiosorum. ipso jure puta conscriptione annali. pr. inst. de usuc. Welchb.
 art. 21. Landt. lib. 1. art. 28. Schneidvv. ad tit inst. de usuc. §. de specieb. præ-
 script. n. 53. Dum ergo totum annum ita permanserint optimos semetipsos & tolera-
 biles alii Studiosis & Professoribus demonstrantes hos Studiosam promoveri togam &
 dignitatem, & sive Nobiles sint sine calumnia permanere, sive plebeji penitus non in-
 quietari precipimus, migrantes ad communem nostrorum Studiosorum cœtum, & ar-
 ripientur in libertatem. Nov. 5. c. 2. §. 1. Ope Studiosorum, velut absolutione non a
 momento ad momentum sed postremum anni diem computamus. l. 6. de usucap. l. 15.
 de divers. & temp. præscript. lib. 41. de manum. test. l. 8. de mun. & honor.

Nes



Nec enim ignotum est quod multa contra juris rigorem pro Studiofismo sine constituta
 l. 24. §. 10. de fideis libert. lib. 29. de R. J. In absolutiōibus autem eju modi, sem-
 per id quod actum est sequimur, aut si non pareat, quod actum est erit consequens ut id
 sequamur quod in Academia in qua actum est frequentatur. Quid ergo si neq; Acade-
 mia mos appareat, quia varius fuit, ad id quod minimum redigenda summa est. l. sem-
 per 54. de R. J. semperq; non id quod privatim interest unius ex Studiofis servari de-
 bet sed quod Universitati expedit l. 65. §. 5. ff. pro. sec. sed tamen semel datum Stu-
 diosissimum informari contrarium studium favore Studioforum est. l. 29. in fin. de
 man. test.

Usu quoque receptum est quibusdam in Academiis praesertim Lipsia, ut Pennales pro hoc vel illo jure
 solis Studiofis competente sibi appropriando veluti pro gestatione, armorū cristarum, ocrearum, &c.
 Soleant Conditia Instituire, ubi tenendum, unum convivium pro uno jure consequendo erogatum, ne-
 quod aequam propterea eos facere Studiofos tum quod jura Studioforum Pennalibus concessa stricte
 sunt interpretanda.

l. 11. §. 1. ubi Br. de mun. & honor. l. 21. de testam. mil. nec
 ultra expressum casum extendenda l. 2. §. 16. ne quid in loc. publ. tum quod licet quoad hoc ju-
 re Studiofi fruatur tamen non quoad alia, quoniam simile non est idem, ut duo cum faciunt idem non
 est idem. Deniq; quia non habitus Studiosum facit sed tempus c. protreptum X. de regul. &
 trans. Novell. 5. c. 2. §. 1. ubi Gothofr. lit. a. uti nec barba Philosophum. Juxta illud Plu-
 tarchi ἔτι γὰρ φιλοσοφῆς πωγωνοῖ ἐνταυθα καὶ τὸ φωνοφορεῖαι ποιεῖσθαι, ἔτι ἰσὶα καὶ
 ἀλινος ἰσὶα. Nisi omnia jura ipsis concedantur. l. 69. §. 1. de leg. 3. quæ tamen tum lo-
 cum habebunt, si specialiter jura Studioforum expressa sint. l. 4. §. 4. ff. si quis cavt. Nec veniens
 ea quæ quibus specialiter non esset concessurus. c. 81. de R. J. in 6. aut quæ jure non valent l. 1.
 ubi Gl. de pact. dot. ubi de quibus non est cogitatum. l. 1. §. 1. de his quæ in test. del. vel in
 fraudem fiunt. l. 14. quæ in fraud. cred.

Et tantum de hoc si dixisse jam pro ingenii tenuitate sufficiat, in quibus ubi palato vestro quid O
 Studiofi sapuerit, est de quo mihi gratulor, sin minus ignoscite ei qui voluit at non potuit placere
 libenter enim ac ingenue cum magno illo Platone in Hipp. Majore fateor. Talia quidem mea
 esse non qualia quis optaret. ut trito proverbio fertur sed qualia esse possunt, simul agno-
 scens, aliud reperiri posse, qui plura & meliora in hoc argumentum conferat, qui vero o-
 mnia neminem. Sat scio meas abres vellicaturos Pennales, at desinant maledicere, malefacta
 ne nosc aut sua. Terent. in Prolog. Andr. Caterum plura quibus expeset, adeat experientiam &
 usum Magistrum rerum omnium.

Usq; adeo valet usus & est nil fortius usu

Paling. in Scorp.

Omnis quippe suo res commendatur ab usu

Norint quod

Sæpe etiam est olitor valde opportuna locatus

Horat. de art. Poet.

Nec semper moveant dicta Senum Nam

Quicquid Aristoteles vel quivis dicat, eorum

Dicta nihil moror à vero cum forte recedunt

Sæpe graves magnosq; viros fama, celebres

Errare & labi contingit, plurima secum

Ingenia in tenebras conserunt nominis alti

Auttores ubi connivent deducere easdem


179 931 01

179

179



MANI



maxime.

ALLEGIO CON-
LIUM.

tronis suis ea qua
servantia
lendis

Divini, Caesarei,
onici, Longabardici
promtas theses
as primi-
tias

offert & dedicat
A.

Que



Acad
mate
sim, n
ea qv
pricu
Con
qui p
hanc

adpo
potes
ll in
stis o
domi
Der S
nem
in l.
n.3 B
Geil
Cag
Conse
c. sup
de a
Avti
mul
totu
est qv
dem
vers
eant
Non

